

complemento sermonis. Et præparationis modum completè cum causis suis & experienciis manifestis: & modorum gradus administrationis plures huius tertij ordinis. Alio etenim gradu eget solaris medicina in pigmentorum præparatione completa: alia verò lunaris: hęc quidem sulphuris administratione tingentis eam, illa verò non. Primum igitur administrationis modum lunaris medicinæ narremus: Et est, vt accipias lapidem illius notū, & per separationis modum illius purissimam partem diuidas, & seorsum ponas. Dehinc verò eius quæ purissima est partis aliquid figas, & aliquid ex illa relinquas. Et cum fixa fuerit solue quod ex illa solubile fuerit: Quod verò non solubile ad calcinationem mitas: & ab hinc super idem solutionem reitera, donec iterum, quod ex ea solubile est soluatur omnimodè. Sic igitur ordo iste seruetur, quousque maior soluatur quantitas. Posthęc verò leuiter assando in ignis temperamēto

*Lunaris medici-  
cina.*

R 3